



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Cap. XXXIV. De Examine Ordinandorum, & admittendorum ad sacra
ministeria, maxime ad curam animarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

C A P . X X X . *De Ludimagiſtris.*

MAgistri quarumcunque Scholarum, in Civitatibus, oppidis, ac pagis, aut aliis locis, non admittantur, nisi le Nobis, aut Nostro in Spiritualibus Vicario, præsentarint & licentiam ludum aperiendi, ac juventutem docendi, in scriptis obtinuerint.

C A P . X X X I . *De Custodibus.*

CVtodes quoque seu Campanarios qualificatos requirimus; qui non admittantur nisi Catholici, & approbate vita, noverint que ea quæ sui sunt officii, Pastori suo & Parochiæ fideles sint, & ab initio officii sui cum Inventario omnia recipient, & quatenus necesse videbitur, fidejuliores constituant; ac, dum divinis assistunt, aut in ministerio Templi ac Chori sub sacris officiis, cereis accendens, necessariis procurandis interfunt, superpellicies induit esse debent; quod Thesaurarii Collegiarum Ecclesiarum, & iis ad quos hæc cura in Parochialibus pertinet, in junctum esse volumus; & ut diligenter caveatur, ne sacra vala, ab iis aut aliis indignis, irreverenter contingant aut traçtentur, & ut Vestimentorum, Mapparum, Pallarum, Altarium, Corporalium ablutio, secundum communem Ecclesiæ consuetudinem ac toties fiat, ut nitor, puritas & reverentia, Deo sacrisque rebus debita, conserventur.

C A P . X X X I I . *De Hospitalibus, Capellis, & aliis piis locis.*

HOspitalium quoque, Capellarum, Conventuum, Altarium, & quorumvis piorum locorum curam & restitutionem, ita ad nostram Episcopalem inspectionem pertinere scimus, ut sine reatu conscientiae ex his negligere nihil possimus aut velimus; sicuti profana, suppresa aut interversa, ut restituantur, & divinum officium & alia pia fundationes juxta tenorem institutionum peragantur.

C A P . X X X I I I . *De Commissariis, Visitatoribus & Superioribus Sanctionalium.*

HOrtamur & requirimus quoque omnes & singulos Ordinum quoruncunque Monialium Superiores, Commissarios & Visitatores, ut in vitam & mores sibi subditarum Sanctionalium serio inquirant, qua ad clausuram earum pertinent, studiosè observari faciant, & eas nullatenus extra monasterium vagari, sed ne quidem monasterio exire, aut clausuram ad brevissimum tempus relinquere finant, nisi ex causis à jure expressis & Nostro consensu, in scriptis obtento.

Habutum etiam earum ad simplicitatem Ordinis Religiosi reducant, Patres aut Confessarios idoneos illis præficiant (quorum nullum sine socio residere permittimus) bis tervè singulis annis Confessarios extraordinarios illis offerant. In primo ad Religionem ingressu, nullam Simoniam, in vestitionibus nulla, in professionibus vero non lauta & sumptuosa convivia, nullas particulares familiaritates, nec vietalicia quæ ipse secundum voluntatem suam ministrant, neque alia quæ statui ipsarum & carentia proprii, vel paupertatis voto, contraria sunt, admittant; & omnia, quanta fieri potest accuratione, ad normam regulæ (sine qua nihil recte fit) exigant.

Virorum vero Monasteriis pietatem, graves & Religiæ vita congruentes mores, & sacrarum literarum studia, serio commendamus; sine quibus non tam religiosa quam vita otiosa esse dicique potest.

C A P . X X X I V . *De Examine Ordinandorum, & admittendorum ad sacra ministeria, maxime ad curam animarum.*

VOlentes autem in futurum præcavere, ne ad ministerium Ecclesiæ, & maxime animarum curam, accedant ii, qui idonei non sunt; cum illud certum sit, quod Ordinatio & Institutio janua sit, per quam fit ingressus ad Ecclesiarum ministeria; qui si sit corruptus, totam Ecclesiæ œconomiam evertit: repetimus ea quæ in Concilio Tridentino¹ de ordinandorum & ad curam præcipue animarum admittendorum examine falibriter sunt statuta. Nonnullus autem ullum posthac cujuscunque status ad Ordines & beneficia, maxime curata, si ne hujsmodi examine admitti, provisiones autem, collationes, institutiones, investitures, aliter factas, nullius roboris declarantes.

¹ Seff. 7.
13. de ref. seff.
13. 15.
7. & 12. de ref. seff.
24. c. 18.

Deputantur autem Examinate, cum Vicario Nostro in Spiritualibus generali,

D. Praepositus Cathedralis Ecclesiæ, Sixtus à Liauckema.

D. Decanus Cathedralis Ecclesiæ, Theodorus Morrien.

P. Stephanus Pulingius, Abbas Iburgensis.

P. Nicolaus Altenhausen, Prior Dominicorum.

P. Joachimus Ioannis Societatis Iesu Prelbyter.

D. Conradus Bueren, Sacellanus curatus Cathedr. Ecclesiæ.

C A P . X X X V . *De judicibus delegatis in partibus constituendis.*

VT etiam sumptibus litium, comperendi nationibus, ac longioribus evocationibus, obviā eatur; ut & ea quæ de judicibus delegatis in partibus constituendis, quibus præ-